

III<sup>1</sup>.a. MÁLFRÆÐINNAR GRUNDVÖLLR<sup>2</sup>.

1. <sup>3</sup>Hljóð er allt þat, er um kvikendis eyru má heyra. Hljóð hefir margar kynkvísir, ok verðr hljóð þat, sem náttúruliga megu eyru greina af samkvæmu tveggja líkama; önnur hljóðsgrein er sú, er heilug ritníng segir andliga luti ljóða. Líkamligt hljóð

<sup>1</sup>) *Quod ad argumentum adinet, tertium tractatum, ut divisionem Raskii retineamus, in duas particulas dividimus, nempe: a. in Fundamentum Grammaticæ; b. in Figuras orationis (secundum Donatum). Auctor hujus tractatus est Olavus Thordi f., dictus Hvitaskáld, frater Sturlæi ex fratre nepos, qui sec. Annales obiit 1259. Argumenta: 1. Fragm. membr. AM. Nr. 748, 4<sup>to</sup>, exaratum, ut putatur, initio sec. 14<sup>ti</sup>, duabus illis particulis, quæ nostro iudicio tractatum tertium constituunt, exscriptis statim subiungit hæc: "hær ær lykt þeim lut bókar ær Ólafr Þórdarson hæfr samansett", i. e. hic concluditur ea libri pars, quam O. Thordi f. composuit. 2. Auctor tractatus quarti (qui tractatus non est nisi supplementum Figurarum orationis) Auctorem tertii tractatus bis citat sub nomine Olavi, nempe: a. dixerat Auctor tractatus tertii in partic. a (ed. Raskii p. 303-304): "enn fyrir hljóðsfegrð er diptongvs fvdinn, sem hær: LØKR, ØGR: þviat fegra þikkir hljóða heldr en LÆKR, ÆGR". Hunc locum respiciens Auctor tractatus quarti ait (ed. Raskii p. 343): "Ólafr segir ok, Evphónia verðr þar sem ... límingarstafr er skiptir í þaa stafr, sem fegra hljóða, sem í þessvm nðfvm, LÆKR ok ÆGR". β. in partic. b (ed. Raskii p. 317) dixerat Auctor tractatus tertii: "sá lostr hæyrir Cacemphaton, er ver kollvm NYKRAT eða FINNGÁLK(N)AT, ok verðr þat mest í nýgjörfingvm, sem hær .... Hær er exin köllvð í öðrvm helmíngi trüllkona skialldar eða valkyria, enn í öðrvm svt hialmsins, ok er svá skipt líkneskivm á hinvm sama lvt, sem Nykr skiptiz á margar leiðir". Quem locum intuitus Auctor tractatus quarti dicit (ed. Raskii p. 342): "ok kallar Ólafr þat sinngaalknat, er líkv er skipt á einvm lvt í enni somv vísv". 3. Ipse Auctor tractatus tertii in partic. a allegat*

## III.

## a. FUNDAMENTUM GRAMMATICES.

1. Sonus est omne, quod auribus animantis percipi potest. Soni multæ sunt species, isque sonus, quem aures naturâ possunt distinguere, duorum corporum concursu fit; alia soni species est, qua sacra scriptura res spirituales sonare dicit. Sonus corporeus fit partim

ἰπτόγραμμα runicum, auctore Valdemare Danicæ rege, quem Dominum suum adpellat (ed. Raskii p. 302), his verbis: "þessa stafr ok þeirra merkingar compileraði minn herra Valldimar Danakonvgr með skiótv orðtaki á þessa lvd". *Quæ verba in eundem auctorem bene congruunt: nam teste Sturlæorum Historia, libr. 8, c. 3, Ol. Thordi f. apud regem Valdemarem (secundum) versatus erat, quod anno 1245 testatus est Thorgils Skardius, ejus ex fratre nepos: "Ólafr fúðrbróðir hans (Þörgils) hafði verit í Danmörku með Valdimari kóngi og fengit af honum mikinn sóma". Consentit Knytl. c. 127 (Fms. 11, 396): "með honum (Valdimar gamla Valdimarssyni) var Ólafr Þórdarson, ok nam at honum marga fræði, ok hafði hann margar ágælligar frásagnir frá honum". De Olavo Thordi f. vide Hist. eccl. Isl. Tom. 1, p. 208-9, et Grönlands hist. Mindesm. Vol. 1, p. 30. De tempore, quo in Dania versatus fuerit, aliquid infra dicitur. Fontes, quos citat in partic. a, sunt: Philosophi, et in his nominatim Plato et Aristoteles; ex Grammaticis Priscianum septies allegat, qui etsi prioris particulæ fons locuples sit, tamen quum haud raro aliis opponatur, interdumque aliorum doctorum (svmir menn, svmir meistarar) sententiæ citentur, vix dubium est, quin particula a pluribus Grammaticis latinis superstructa sit; in particula b Donatus ter citatur, quæ tota particula hunc Grammaticum sequitur. — <sup>2</sup>) Inscriptionem om. W et fragm. 757. Fragm. 748 inscriptionis loco habet: At greina hljóð, i. e. De sonis distinguendis. — <sup>3</sup>) Fragm. Ed. Sn. Nr. 748, quod in additamentis integrum dabimus, in medio aliquo tractatu tropologico incipit.*

verðr annat af líflausum lutum en annat af lífligum lutum. Hljóð þat er heyrst af líflausum lutum verðr annat af<sup>1</sup> ræriligum skepnum, en annat af úhræriligum, annat af samkvámu ræriligra luta ok úræriligra. Af ræriligum lutum verðr hljóð, sem af höfuðskepnum : eldi, vindum, vötnum; af úhræriligum lutum verðr hljóð, sem steinum ok málni eða strengjum, ok verðr þesskyns hljóð jafnan af hræring nokkurs líkama, lífligs eða úlífligs. Af samkvámu ræriligra luta ok úræriligra verðr hljóð, sem þá er vindr eða vötn eða eldr slær með afli jörð eða aðra úræriliga luti. Hljóð þat, er verðr af líflausum lutum, er sumt úgreiniligt, sem vinda gnýr eða vatna þytr eða reiðarþrumur, en sumt hljóð er greiniligt eptir náttúrligri samljóðan þeirri, er Philosophi kölluðu musicam, ok verðr þat hljóð hið efsta ok hið æzta af ræring ringa þeirra<sup>2</sup>, er sól ok túngl ok fimm merki-stjörnur gánga í, þær sem planete heita, ok heitir þat *celestis armonia*<sup>3</sup>. Þessar stjörnur sagði Plató hafa líf ok skyn og vera údauðligar. Greiniligt hljóð verðr í líflausum lutum, þat sem vèr köllum listuligt hljóð, sem í málni ok strengjum ok allskyns söng ok pípum. Í lífligum lutum verðr *hljóð*<sup>4</sup>, sem í viðum ok grösnum, ok þó af ræring nokkurs ræriligs líkama. Af lífligum lutum, þeim er líkama hafa, verðr annat hljóð, þat er rödd heitir, en annat þat sem eigi er rödd, sem fótastapp eða handaklapp ok annat þvílíkt. Rödd er

<sup>1</sup>) II (i. e. tveimr), *add. 748*. — <sup>2</sup>) VII (sjö), *add. 748*; þeirra VII hringa, *757*. — <sup>3</sup>) s. himnesk lióðagrein, *add. 748*; suosem himnesk hlióðagrein, *add. 757*. — <sup>4</sup>) *add. ex 748, 757*.

ex rebus inanimatis, partim ex rebus animatis. Sonus, qui ex rebus inanimatis percipitur, partim existit a creaturis mobilibus, partim ab immobilibus, partim a concursu rerum mobilium et immobilium. A rebus mobilibus sonus proficiscitur, ut ab elementis rerum, igne, ventis, aquis; ab immobilibus rebus sonus fit, ut a lapidibus et metallis aut fidibus, quod soni genus semper existit a motu alicujus corporis animati aut inanimati. Ex concursu rerum mobilium et immobilium sonus fit, veluti quum ventus aut aqua aut ignis terram aliasve res immobiles vi adlligit. Sonus, qui existit ab rebus inanimatis, alius indistinctus est, ut fremitus ventorum aut susurrus aquarum aut fragores cœli, alius distinctus secundum consonantiam naturalem, quam Philosophi musicam dixerunt, cujus soni summus et excellentissimus existit ex motu circulorum, quos sol et luna et quinque signa, planetæ dicta, percurrunt; quæ cœlestis harmonia dicitur<sup>a</sup>. Quas stellas vita et ratione gaudere, et immortales esse, Plato docuit. Sonus distinctus in rebus inanimatis existit, quem dicimus sonum artificialem, veluti in metallo, fidibus, omni cantus genere ac tibiis. In rebus animatis sonus existit, velut in arboribus et herbis, et quidem adpulsu alicujus mobilis corporis. A rebus animatis, corpore præditis, alius sonus proficiscitur, qui dicitur vox: alius, qui non vox est, ut planctus pedum aut plausus manuum, aut id genus alia. Vox est sonus, vivi animantis ore prolatus, formatus novem instrumentis naturalibus: pulmonibus, gutture, lingua, duobus labiis et quatuor dentibus.

<sup>a</sup>) Confer Somnium Scipionis, cap. 5.

hljóð, framfært af kvikendis munni, formerat<sup>1</sup> af níu náttúruligum tólum: lúngum, barka, tungu ok tveim vörum ok tönnum fjórum. En Priscianus kallar rödd vera hið greiniligsta<sup>2</sup> loptsins högg ok eiginliga skiljanligt. [Rödd greinist á marga vega: önnur rödd er ritanlig<sup>3</sup> en önnur úritanlig. Úritanlig rödd er sú, er eigi má stöfum greina; ritanlig rödd er önnur merkilig, en önnur úmerkilig. Úmerkilig rödd er sú, er til engrar merkingar er höfð, sem: hvab<sup>4</sup>, bligstrix<sup>5</sup>. Merkilig rödd er önnur af náttúru, önnur af setning eða sjálfvilja. Merkilig rödd af náttúru er barnagrátr, eða sjúkra manna stynr eða annat þvílíkt; merkilig rödd af setning er sú, er framfærst af sjálfvilja manns, sem þetta nám<sup>6</sup>: maðr merkir kvikendi skynsamligt ok dauðligt<sup>7</sup>.

2. Stafr er hinn minnsti lutr samansettrar raddar, sá sem rita má, ok er stafr kallaðr<sup>8</sup> í því sem heyrir allri samsetning stafligrar raddar; því at vèr skiptum bækr í capitula, en capitula í klausur eða vers, en klausur í málsgreinir, málsgreinir í sagnir, sagnir í samstöfur, samstöfur í stafi. En þó eru eigi stafir náttúruliga úskiptiligr, þvíat stafr er rödd, en rödd er lopt, eða af lopti formerat. En hvárt sem rödd er lopt eða af lopti formerat, þá er hon samansett af sínum pörtum, sem loptið, með því at þat er

<sup>1</sup>) sic 748, 757; formeraz, W. — <sup>2</sup>) grandligsta, 748; granlegsta, id., subtilissimum, 757. — <sup>3</sup>) a [ex 748 et 757 additum, in W errore librarii omissum. — <sup>4</sup>) bubo, 748; bumbo, 757. — <sup>5</sup>) blictrix, 748; bicerix, 757. — <sup>6</sup>) na (þetta-na?), 748; na(m), 757. — <sup>7</sup>) sic 748, 757; skynsamlig ok dauðlig, W. — <sup>8</sup>) hinn minnsti lutr (eða vskiptiligr, add. 748), add. 757, 748.

Priscianus vero dicit vocem esse ictum aëris distinctissimum<sup>a</sup> et auribus proprie intelligibilem. Vox multis modis distinguitur; alia vox scribi potest, alia scribi non potest<sup>b</sup>. Vox nescia scribi est ea, quæ literis distingui nequit. Vox, quæ scribi potest, alia est significabilis, alia non. Vox non significabilis est, quæ ad nullum significatum adcommodatur, ut *bvab*, *bligstrix*. Vox significabilis alia fit instinctu naturæ, alia consilio sive voluntate. Vox natura significabilis est vagitus infantum aut suspiria ægrotorum aut tale quid. Vox consilio significabilis est, quæ libero hominis arbitrio profertur, ut hæc adsumtio<sup>c</sup>: homo significat animal rationale et mortale.

2. Litera est minima, quæ scribi potest, pars vocis compositæ: vocaturque litera (pars minima vel individua)<sup>d</sup>, quod adinet ad totam compositionem vocis literalis; dividimus enim libros in capita, capita in clausulas sive versus (o: periodos), clausulas in sententias, sententias in verba, verba in syllabas, syllabas in literas. Verum tamen literæ non sunt naturâ individua: nam litera est vox, vox est aër aut aëre formatum quid. Sive vero vox aër est, sive aëre formatum quid, suis partibus

a) "Vox est aër spiritu verberatus", Isidori Orig. Lib. 2, c. 19. — b) Quoniam apud Grammaticum Diomedem occurrit "*vox scriptilis*" et "*vox confusa est inscriptilis*", fieri potest, ut hic Grammaticus auctori ad manum fuerit. Diomedis de oratione, partibus orationis et vario Rhetorum genere, Libri 3, editi sunt a Putschio (J. A. Fabricii Bibl. Latina T. 3, p. 397, Lips. 1774). — c) *nám*] forte rectius veritam "*definitio*". Respexit auctor Aristolelis τὸν τοῦ ἀνθρώπου ὄρισμόν, de Poëtica c. 20, quam eandem definitionem adfert Isidor. Orig. Lib. 2, c. 29: "homo est animal rationale, mortale, sensus disciplinæque capax". — d) Sic et Isidor. Orig. Lib. 13, c. 2, de atomis in litera: "nam orationem dividit in verba, verba autem in syllabas, syllabas autem in literas. Litera, pars minima, atomus est, nec dividi potest".

líkamligt *ok*<sup>1</sup> allir líkamir eru samansettir, en jafn lutr verðr af jöfnu efni at gerast, sem hold af holdi. En svá sem í náttúrulegum líkamum eru nokkurir þeir lutir, er kallast einfaldir, sem fjórar höfuðskepnur: eldr ok jörð, vötn ok lopt, ok kallast þessir lutir eigi einfaldir af því at þeir sè úskiptiligir, heldr af því, at hverr þeirra hlutr er jafn sínu<sup>2</sup> öllu, sem lítill gneisti hefir jafna náttúru hinu mesta báli; svá eru ok stafir úskiptiligir í misjöfnu efni, eða í þá luti, sem úlíkir eru; þvíat *a* ok aðrir raddarstafir hafa stundum skammt hljóð, en stundum langt, ok ef þeir hafa langt hljóð, þá hafa þeir tvá tíma jamlánga. Philosophi kölluðu stafi *elementa*, þat eru höfuðskepnur, af því at svá sem líkamir eru skapaðir af fjórum höfuðskepnum, svá gjöra ok stafir samansettir alla staflega rödd, svá sem nokkurskonar líkama; þvíat rödd tekr eyru, ok hefir þrenna mæling, sem allt þat er líkamligt er, þat er hæð upp ok ofan, ok breidd til vinstri handar ok hægri, ok lengd fyrir ok eptir; því at rödd má öllum megin heyrast. Samstöfur hafa hæð í hljóðagrein, en breidd í anda, lengd í tíma; því at hver samstafa er annathvært hvöss eða þúng eða umbeygilig: hvöss hljóðsgrein, sú er fram færð með höldnu hljóði, sem þessi samstafa: *hvat*; þúng hljóðsgrein, er *af*<sup>3</sup> lítillátu hljóði hefst, ok dregst niðr í hið lægra hljóð, sem hin fyrsta samstafa í þessu nafni: *háreysti*. Umbeygilig hljóðsgrein er sú, er hefst af lítillátu hljóði, ok þenst upp sem hvöss hljóðsgrein, sem þetta nafn: *raust*. Hver samstafa hefir ok framslutning annathvært

<sup>1</sup>) ex 748 et 757 additum; om. W. — <sup>2</sup>) sic W, 748, 757; hinu, Rask. ex conjectura. — <sup>3</sup>) om. in W.

composita est, ut aër, qui corporeus est, omnia enim corpora sunt composita; necesse vero est, similis res ex simili materia fiat, ut caro ex carne. Ut autem in corporibus naturalibus sunt quaedam res, quæ simplices vocantur, qualia sunt elementa, ignis, terra, aqua, aër, quæ res non ideo simplices dicuntur, quod sint individua, sed quod quælibet pars earum eadem sit ac suum totum, quemadmodum parva scintilla ejusdem naturæ est atque maxima flamma: sic et literæ sunt individua in materia dissimili, id est, in res dissimiles dividi non possunt; nam *a* ceteræque vocales jam brevem, jam longam quantitatem habent, quæ si longam quantitatem habeant, duas moras æque longas habent. Philosophi literas vocarunt *elementa*, eo quod, ut corpora ex quatuor elementis formata sunt, sic literæ compositæ omnem vocem literalem, veluti corpus aliquod, efficiunt. Nam vox aures pellit, ternamque mensuram, ut omnia, quæ corporea sunt, habet, hoc est, altitudinem sursum deorsum, latitudinem a sinistra et dextra, longitudinem antrorsum et retrorsum; vox enim ab omnibus partibus percipi potest. Syllabæ altitudinem habent in accentu, latitudinem in spiritu, longitudinem in quantitate. Nam quæque syllaba aut est acuta, aut gravis, aut circumflexa. Accentus acutus est, qui (celeriter) profertur sono contento, ut hæc syllaba: *hvat* (quid). Accentus gravis, qui a submisso sono incipiens in sonum magis submissum descendit, ut prima syllaba hujus nominis: *háreysti* (vociferatio). Accentus circumflexus est, qui a sono submisso incipiens sursum adtollitur, ut accentus acutus, ut hoc nomen: *raust* (vox). Quæque syllaba etiam

lina eðr snarpa, ok er sá andi hær kallaðr ræring framflutningar samstöfu. Með snörpum anda verðr sú samstafa framfærð, sem hin fyrri samstafa þessa nafns: *þurrun*<sup>1</sup>; með linum anda flytjast samstöfur þessar: *lángan tíma*. Hver samstafa er annathvært löng eða skömm, ok *er*<sup>2</sup> skömm samstafa skjótt framflutt ok hefir eina stund, sem fyrri samstafa í þessu nafni: *Ari*; löng samstafa er seinliga framflutt, ok hefir tvær stundir, sem hin fyrri samstafa í þessu nafni: *Hati*<sup>3</sup>, ok er tími eða stund kallaðr dvöl, mælandi framflutning raddar.

3. Stafr hefir þremm<sup>4</sup> tilfelli: nafn, figúru, veldi eða mátt. Stafanöfn eru sextán í danskri<sup>5</sup> tungu, í þá líking sem Grikkir höfðu *forðum*<sup>6</sup> daga, en þó eru merkíngar þeirra myklu fleiri. Priscianus segir, at hverr raddarstafr hafi tvö eðr fleiri hljóð<sup>7</sup>; svá sem *á*, ef þat er skammt, hefir fernar<sup>8</sup> hljóðsgreinir: hvassa hljóðsgrein fyrir utan áblásning *h*, sem hær: *Ari*; hvassa með áblásning *h*, sem hær: *hafi*; en þúnga hljóðsgrein *hafandi*. Lángt *á* hefir sex hljóð: ef þat hefir áblásning *h*, þá hefir þat annathvært hvassa hljóðsgrein, eða þúnga, eða umbeygiliga, [sem hær . . .<sup>9</sup>. Slikt hið sama ef þat hefir eigi áblásning, ljóðar þat<sup>10</sup> sem<sup>11</sup>

<sup>1</sup>) þurvir, 757. — <sup>2</sup>) add. ex 748, 757. — <sup>3</sup>) sic 748; hær, 757; W sine lacuna omittit, sed senior manus, fortasse Joh. Olav. Grunnvicensis, margini adscripsit: "alii hafi". — <sup>4</sup>) þriú, 757; iij, 748. — <sup>5</sup>) norœnni, 748. — <sup>6</sup>) add. ex 748. — <sup>7</sup>) hafe þriú hljóð eða fleire, 757; hafa x hljóð æ. flæiri, 748. Quippe cum singulæ vocales denos inveniantur habentes sonos, vel plures, Prisc. Libr. I, ed. Putsch. 539. — <sup>8</sup>) fiórar, 757; iij, 748. — <sup>9</sup>) 748 nullam lacunam habet, inscriptionem addens: um áblásning h. — <sup>10</sup>) 748, 757; þar, minus recte, W. — <sup>11</sup>) iij læiðir sœm, 748; á þriá vega suo sem, 757.

habet pronuntiationem aut lenem aut asperam, qui spiritus hoc loco appellatur motus pronuntiationis syllabæ. Spiritu aspero profertur syllaba, velut prior syllaba hujus nominis: *þurrun* (sicco); spiritu leni efferuntur hæ syllabæ: *lángan tíma* (longum tempus). Quæque syllaba aut longa est aut brevis; syllaba brevis cito pronuntiat et unum tempus habet, ut prior syllaba hujus nominis: *Ari* (Arius, aquila); syllaba longa tarde profertur, et habet duo tempora, ut prior syllaba hujus nominis: *Hati*. Tempus est mora, pronuntiationem vocis metiens.

3. Literæ tria sunt accidentia, NOMEN, FIGURÁ, POTESTAS sive VIS. In lingua Danica nomina literarum sunt sedecim<sup>a</sup>, quot Græci olim usi fuerant<sup>b</sup>, quarum tamen multo plures sunt significationes. Priscianus testatur, cuique vocali duos aut plures esse sonos; quemadmodum *á*, si breve est, quatuor habet soni variationes: accentum acutum, sine adspiratione *h*, ut hic, *Ari*; acutum cum adspiratione *h*, ut hic, *hafi*; gravem vero accentum in *hafandi*. Longum *á* habet sex sonos: si præcedat adspiratio *h*, habet accentum aut acutum aut gravem aut circumflexum, ut hic . . . . Similiter si nulla præcedat adspiratio, sonum habet, ut in his (nominibus), *áre*, *áranna*, *ára*.

<sup>a</sup>) vide *Gislvi Brynjulvi f. Periculum Runologicum*, Havn. 1823, p. 83-85; *R. K. Rasks Samlede Afhandlinger*, Havn. 1836, Vol. 2 p. 295-8. — <sup>b</sup>) vide *Ausführliche griechische Grammatik von A. Matthiä*, Leipzig 1825, I. Theil p. 21; cfr. Priscian. Libr. I. l. c. 542: apud antiquissimos Græcorum non plus quam sedecim erant literæ, quibus ab illis acceptis Latini antiquitatem servauerunt perpetuam.

